

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas b
cum fontibus proximo et primo

Radix omnium bonorum est caritas,
et radix omnium malorum est cupiditas,
et simul ambe esse non possunt, quia
nisi una radicitus euulsa fuerit,
alia plantari non potest.

Sine causa aliquis conatur ramos incidere,
si radicem non contendit euellere.

Augustinus omelia VIII. super Iohannem
et est de penitencia distinctio secunda.

→ Augustinus omel. 8. dicens: “Quia radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum est karitas,

← ← et simul ambae esse non possunt,
nisi una radicitus euulsa fuerit,
alia plantari non potest.

Sine causa aliquis conatur ramos incidere,
si radicem non contendit euellere.”

Gratianus, *Decretum*, 2.33.3.12-13 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., pp.1193-4).

Et quia radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum est charitas,

et simul ambae esse non possunt;
nisi una radicitus evulsa fuerit,
alia plantari non poterit.
Sine causa ergo aliquis conatur ramos incidere,
si radicem non contendit evellere.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?),
Sermones de diversis, 270.1 (PL 39, col.2248).